



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Orator Christianvs Caroli Regii E Societate Iesv

Reggio, Carlo

Romæ, 1612

Similitudines, Exempla, Sententiæ. cap. 31.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68672](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68672)

Ita etiam dicam, quod verus Dei cultus in Mundo esse debet, sed vbinam est? inter Turcas? nequaquam, inter Iudaeos? minimè, inter Gentiles? nullo modo, Inter hæreticos? non potest esse; ergo inter Christianos, & Catholicos; Neque huic ab-

Submissio.

similis est Submissio, in qua per interrogationes, ac responsiones, veritatem aliquando indagamus, vt si velim probare necessariam esse perpeffionem rerum aduersarum, hoc modo dicā. Qui volunt piè viuere debent patienter persequutionem pati, quare? quia non desunt multæ calamitates, quas oportet ferre, sed cur hoc? vt scilicet homo probetur, nam qui non est tentatus, quid scit? & vt certando fiat dignus Deo, sed quare oportet certare? quia non coronabitur, nisi qui legitime certa-

Complexio. Matth. 28

Similitudines, exempla, sententia. Cap. XXXI.

Præterea similitudines, & exempla ad inductionem aliquo modo pertinent, quibus adde sententias. De similibus præclare ait Quintil. ad inferendā rebus lucem reperta. Aristoteles asserit magni esse ingenij similia videre. Hodie à nostris Cō-

Cap. 11.

lib. 5.

In Poet.

Regulæ circa similia vsum. Prima Regula.

tionatoribus adhibentur frequenter. Adhibendus tamen est modus ne nimia copia, vel nauseam faciat, vel dicentis auctoritati, ac prudentiæ obsit; Primum curandum ne id quod similitudinis causa affertur aut obscurum sit, aut ignotum; Etenim quod illustrandæ alterius gratia rei adducitur, ipsum esse clarum eo, quod illuminat, debet: & hoc modo similia non solum illustrandi rem, sed etiam probandi vim habent, vt si dicam. Sicut ijdem oculi cælum, & terram pariter nequaquam aspiciunt, ita mundi amor, & Dei pariter in vno corde habitare non possunt. Videndum deinde, vt similitudines ex rebus petantur nobilibus, non autem ex sordidis, & nimis vulgaribus, vt ex rebus culinae, & ollis, ex abiectis artificijs, nec debent nimis minuta, & abiecta quæ rem circumstant referri, vt quidam fecit, qui dū affert similitudinem mulieris parturientis, propria obstetricis membra, etiam parturientis clamores expressit, & alter, qui venato-

Secunda Regula.

1. de carne Christi
c. 9.

Duplex ratio proponendi Similia.

Quarta Regula.

Quinta.

Sexta.
Modus adhibendi similitudines.

Is. 53.

Heb. 6.

Eccl. 21

Eccl. 24.

Hom. 23.
ad pop.
Ant.

Prou. 27.

natorum voces in pulpito, ac si esset in aperto campo edebat. Similitudo est Tertull. Quid est caro, nisi terra conuersa in figuras suas. Cum ducuntur ex rebus inexpectatis, & nouis reddunt orationem sublimem, floridam, & iucundam. Tertiò possunt hæ similitudines aliquando breuius, aliquando latius tractari, si res exigat, sed illud vt plurimum est faciendum, hoc non tam crebrò: pleni sunt ijs, libri Sanctorum Patrum, iamq; libri etiam extant qui collectas ex ijs similitudines, inque cõmunes locos redactas continent. Quartò, similitudines aliquando præcedunt, & res sequitur, aliquando præcedit res quam excipit similitudo, aliquando (quod magis placet Fabio) cum re ipsa connectitur, collatione inuicem correspondente: quo modo rem magis oculis subijcit, & pariter ostendit. Quintò, Aliqui cum habent locum scripturæ, in quo similitudo aliqua latet, primò afferunt eam, inde locum scripturæ citant, quod magis placere videtur Auditoribus. Sextò, Modus adhibendi similitudines potest esse multiplex: idoneum certè erit in dicendo vti varietate, quia semper delectat, nunquam breuiter tangitur. Isa. tanquam ouis ad occisionem ductus est. Paulus de Ipe, quam sicut anchoram tutam habemus; aliquando magis exprimitur comparatio. Eccl. sicut sol oriens mundo, sic mulieris bonæ species in domo sua: sæpè coniunguntur plures similitudines: Quasi cedrus exaltata sum & quasi oliua speciosa in campis, quasi platanus, quasi storax &c. Chrysostomus in peruersum Christianum his verbis inuehitur ostendens non solum non esse fidelem, sed nec hominem, & feris peiorem. Quid (inquit) fidelem dico? nec enim es homo, cum enim tanquam asinus recalcitres, lasciuias autem vt Taurus, tanquam equus verò post mulieres hinnias, ventri tanquam vsus indulgeas, & vt mulus carnem inpingues, & malum memoria teneas velut Camelus; porrò rapias vt lupus, vt serpens irascaris, ferias vt scorpius, sis subdolos vt vulpis, nequitia verò tanquam aspis, & viperæ venenum serues, & sicut ille malignus Dæmon fratres impugnes, quomodo te cum hominibus numerem talis in te naturæ signa cum non intuear? Crebrius afferimus similitudinem per contrarium. Prou: si contudinis stultum in pila, non auferetur ab eo stultitia eius, vel per negationem, V.g. ceremoniæ solum extrinsecè sine compunctione cordis nequaquam animam lauant, sicut aqua faciem, ac manus à fordibus mundat. Septimò, Putarem e re boni Concionatoris esse si omnes similitudines sacræ scripturæ in locos

eos cōmunes virtutum & vitiorū redigeret; cuius rei formulā
 videre poterit apud Ioannē Buterum, qui ex Prophetis collegit.
 Sēpē autē ex vno, vel altero verbo metapharico pulcherima eli-
 ci potest similitudo, si fufus explicetur. Eft enim metaphora
 brevis similitudo. Cum vfu similitudinum pone etiam parabo-
 lam, quæ non eft aliud quam rerum discrepantium fub aliqua
 similitudine facta collatio. Solent autem parabola sumi ali-
 quando per locum à pari, ficut hoc ita & illud; aliquando per
 locum à minori vel maiori ex illa maxima. Si quod minus vi-
 detur inefle, inefl, ergo quod magis, vel fi quid magis videtur
 inefle, non inefl, ergo nec quod minus. Exemplum primi gene-
 ris eft parabola feminantis. Zizaniōrum, fagenæ, de Rege fa-
 ciente nuptias filio fuo. Secundū generis de Iudice iniquo, de
 Willico iniquitatis. Exempla etiam funt vſurpanda, quæ ad
 probandum, & ad perfuadendum multum valent; & ſolent Au-
 ditoribus valde tum vtilia, tum incunda eſſe, fi fuo loco adhi-
 beantur: Certa enim regula Hieronymi eſt, quod per ſimplex
 præceptum teneri ab Auditoribus non poteſt, per ſimilitudines
 exempla habeatur. Seneca longum (ait) iter per præcepta,
 breue, & efficax per exempla. In horum tractatione hic modus
 ſeruari poteſt; Primò non multa exempla narranda funt, nam
 multitudo parit fatietatem, & memoriam obruit, ſicut vnum
 aut alterum ſolet cum fruſtu audiri, & facile memoria retine-
 ri. Quando autem multa afferre neceſſe eſt, ſingula per mo-
 dum inductionis percurrenda funt breuiter, vt ſi de fortitudine
 agerem, poſſem ad eam hortari. Laudando fortitudinem Ste-
 phani inter lapides, Laurentij in igne, Andreae in Cruce & alio-
 rum, quomodo Paulus de fide loquens multorum exempla af-
 fert ſanctorum. Et in libris Machabæorum Mathatias. S. Chry-
 ſoſt. commemorat multorum Patrum illuſtiora facta, in qui-
 bus Paulum confert, & præfert. Secundò exemplum poteſt ali-
 quando afferri ſine applicatione; vt Iac. Elias homo erat ſimi-
 lis nobis, & oratione orauit; & ſine alia explicatione, quando
 eſt notum, vt Iudas. Væ illis, qui in via Caim abierunt, & ſicut
 Sodoma, & Gomorra, & finitimæ Ciuitates. Tertiò, Per com-
 parationem argumentando à maiori ad minus, vel contra.
 Vt Regina Auſtri ſurget in iudicio, &c. Et ecce pluſquam Sa-
 lomon hic. Viri Ninivita &c. Et ecce pluſquam Ionas hic, vt
 ſi contra irreuerentiam aliquorum Chriſtianorum in cultu tem-
 plorum afferrem exempla Ethnicorum, & Turcarum, qui cum
 magna reuerentia ſe gerunt, & Chriſtus Dominus aſſert con-
 tra

Parabola

Exemplorum
vſus.

Lib. 3. in
Matt. c. 18
Epiſt. 6.

Modus tenen-
dus in exem-
plis.

Hom. 5. de
laud. Paul.

Iac. 5.

Matth. 12.

Matth. 8. tra infidelitatem Hebræorum, fidem Centurionis. Quarto, Nonnunquam potest aliquod illustre exemplum dilatarî, & exornari dum utimur locis ad amplificandum accommodatis, considerando omnia, quæ rem comitantur, describendo, & antea oculos ponendo facta, & virtutes, adhibendo figuras, quibus illustri redditur, ut si promptissimam, & fortissimam Abraham obedientiam ex multis factis adiunctis exornem. Quinto, Habeat noster Orator selectiora Sanctorum, & illustrium virorum exempla in locos communes virtutum ac vitiorum disposita, ex quo promptuario, possit aliquid opportunè pro materia & varia rerû tractatione depromere. Utile enim valde est & multum addit concionibus ornamenti graue aliquod exemplum suo loco propositum: ac persæpe magis ad persuadendum, quam ipsæ rationes, & argumenta valent. Præsto sunt vnde peti possunt libri Authoresque permulti, Baronius, Surius, Lipomanus, historia Eusebij, Tripartita, Lanfiaca, Chronica diuersarû Religionum; Præterea Cæsarius, Sophronius in prato spirituali. Tilmanni collationes, liber qui dicitur Exemplorum, collectus ex varijs libris nuper emendatus. His præterea addi possunt sententiæ, quas inter figuras aliqui enumerant, sed non solum ornant, sed ad confirmanda quæ dicimus valent plurimum, & Aristoteles etiam alio nomine eas laudat in Oratione, quia moratam eam reddunt, cum in eis Oratoris mores eluceant. Sunt autem sententiæ vtilis ad docendum, si sint ut oportet, breues, aptæ, & succi plenæ, ad delecandum ob æumen, & aliquam dicendi figuram per quam ferè explicantur, ad mouendum, quia instar iaculi auditorum cordibus insignuntur.

Authores à quibus exempla desumenda.

Sententiæ usus.

Sententiæ quid sit.

Pro lege Manilia.

Sententiæ unde colliguntur.

Sunt autem Sententiæ, oratio sumpta ex vita communi, quæ quid sit, aut quid esse debeat in vita breuiter ostendit: & differunt à prouerbijis, quod hæc sint sententiæ quædam perulgatæ, ac trita, illæ verò minimè, sed vox aliqua sapientum, ut illa Ciceronis. Neque enim is exercitum continere potest Imperator, qui se ipsum non continet, Et sententiarum apud Ciceronem debet esse frequentior usus, quam prouerbiorum: quia cum hæc etiam apud rusticos sint vsitata, sæpe humilem dictionem efficiunt. Abundant Patres sententiarum numero, & grauitate ex quibus iam, & libri confecti sunt. In fine operum D. Gregorij ponuntur sententiæ ex omnibus libris eius collectæ, & in locos communes distributæ, quas Collector flores appellat. In tertio Tomo D. Augustini ponuntur 388. sententiæ, quas Prosper creditur ex eius operibus collegisse. Philosophorum

rum etiam plurimas sententias collegit Stobæus, Ludouicus
 Granatenſis ex Seneca, & Plutarcho, & alijs. Epicteti Enchi-
 ridion continet multas, & graues & vtilis ad mores instru-
 dos. Sed & ſuoſte ingenio inuentis, debet. Concionator vti, poſ-
 ſunt autem aliquando aſſerri ſine ratione, aliquando poteſt ra-
 tio ſubdi, vt in illa Eccl. Ne dixeris peccauit, & quid mihi acci-
 dit triſte. ſubditur ratio. Altiffimus enim eſt patiens redditor,
 quod tunc magis faciendū eſt, cum per ſeſe videri poſſet minus
 probabilis. Aliquando proponuntur ſententiæ ſimplices, aliquan-
 do duplices ex cōtrarijs ſæpe rebus formata; Vt filius ſapiens le-
 tificat Patrem, filius ſtultus mæſtitia eſt matris. Eccl. ſtatera do-
 loſa abominatio eſt ante Deum, pondus æquum voluntas eius.
 Nonnunquam proponuntur oratione vſitata, nonnunquā cum ali-
 qua figura, vt ſit in Epiphonemate, vt Sulpitius in vita B. Mar-
 tiani. O virum ineffabilem, nec labore victū nec morte vincen-
 dum; qui nec mori timuit, nec viuere reſuſcitauit. Deet ſenes
 magis ſententias aſſerre, quā Iuniores, ſed & hi poſſunt mo-
 dice vti, præſertim cum non ſunt ipſi Authores, ſed ab alijs di-
 ctas referunt, Neque debent eas, immodicē frequentare, cre-
 briorum enim inuicem ſibi obſtant, vt in ſegetibus, & arbuſtis
 euenit, quæ denſitas ad iuſtam magnitudinem adoleſcere non
 ſinit. Pictores etiam cum multa in vnā tabulam opera contu-
 lerunt ſpatijs ea diſtinguunt, vt vmbre in corpora cadant, & vt
 melius ſingula emineant.

Eccl. 3.

Prou. 10.

Amplificatio ex locis Topicis . Cap. XXXII.

Non ſolum argumenta inuenienda, & adhibendæ argu-
 mentationes, & ſcripturis ſacris confirmanda quæ dici-
 mus, ſed etiam amplificationibus ſingula ſunt exornanda. Am-
 plificatio namque eſt maximè Concionatori propria, quæ ora-
 tionem reddit illuſtrem, locupletem, læcertofam: Ideo prudē-
 ter Quintilianus de Oratione quæ ad populum habetur, ſer-
 tur inquit, non ſemitis ſed campis, non vti fontes anguſtis fi-
 ſtulis, ſed vti latiſſimi amnes totis vallibus fluat, ac ſibi viam
 ſi quando non accepit, faciat.

ſpectat ea ad eloquutionem, ſed quia plurimum ab inuen-
 tione pendet, nonnulla hoc loco dicamus. Illud Primo animad-
 uertendum eſt, noſtras Amplificationes non ideo adhiberi,
 vt rem maiorem, minoremue oſtendant quam ſit, quod Rhe-
 tores olim & nominatim proſtebatur Iſocrates. Quæ enim no-
 ſter

Quorſum tē-
 dat ampli-
 ficatio Chri-
 ſtiana.